



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

71. An interficiens aliquem non habentem filios, aut alios cognatos intra  
tertium gradum, teneatur ad aliquam restitutionem? Et an in tali casu  
debeat aliquid in foro conscientiæ restituere fratribus ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

si filii valde egeribus condoreti occisori omnem restitucionem : valebit tamen in conscientia , nisi fortasse lege positiva non permittatur ei , nisi aliquius certa portionis bonorum dispositio , v.g. ter tertia , quartus , vel quinta , tunc enim non valeret remissio , nisi iuxta hanc moderationem , ut quidam volunt . Alij tamen non addunt hanc limitationem , quia tale debitum cum ab honestissimi viris plerumque condonari solet , non videtur conferri inter bona creditoris , de quibus loquantur leges , portionem legitimam praescribentes : nemo enim cogitur huiusmodi actiones ex delicto , vel iniuria nascentes in censu suo numerare .

## RESOL. LXXI.

*An interficiens aligem non habentem filios , aut alios cognatos intra tertium gradum , teneatur ad aliquam restitucionem ?*

*An in tali causa debet aliquid in foro conscientiae restituere fratribus occisis , quidquid sit in foro iudiciali ?* Ex part. 3. tr. 6. & Milc. 2. Ref. 5. 2.

*§. 1. A* hoc casu in facti contingencia olim interficiens hominem non habentem filios , aut fratres heredes , sed alios , non ita coniunctos , non tenetur aliquid restituere ratione dicti homicidij ; quia in conscientia circa extraneos heredes nullum damnum considerari potest , vigore cuius teneatur homicida ad aliquam restitucionem , cum defunctus , adhuc viuis esset , non teneretur eis alimenta praestare . Et ita hanc sententiam tenet Mercatus 17. 2. de restit. cap. 6. & Ioan. Valer. in differentiis viri que foris per. Restitutio. differ. 8. qui plus addit cum Soto lib. 4. de inf. q. 6. art. 3. ad. 3. nempe , nec fratribus in talu calu deberi aliquid in foro conscientiae , quidquid sit in foro judiciali .

## RESOL. LXXII.

*Quibus heredibus titulo alimentorum teneatur homicida restituere ?*

*Et an tam fratres , quam alij heredes extranei succedant in iuribus debitorum realium , qua defunctus habebat ante mortem ; unde expensis , que fuisse facta in curatione , v.g. vulneris , restituenda sunt heredibus quibuscumque , quia ad illas habebat ius defunctus ante mortem ?* Ex part. 5. tr. 4. Ref. 5. 9.

*§. 1. R* espondeo quod occisor solum videtur obligari parentibus occisi , filiis , & vxori . Vnde contra Mercatum de contr. lib. 6. cap. 5. infertur , quod non teneatur restituere fratri , quia nec est heres necessarius , nec censetur una persona cum eo ut censetur sufficiere . Ita Calestin . in compend. Theol. moral. tr. 10. 6. 3. num. 2. Beccan de inst. & iure in 2. 2. D. Thom. 9. 14. de restit. conclus. 3. & alij . In d. Fillius tom. 2. tr. 32. cap. 8. num. 10. 7. & Lessius (quod est valde notandum) lib. 2. cap. 9. dub. 2. 6. num. 1. 3. 7. adiutus probabile esse homicidam non teneri restituere vxori , si illa nullum notabile detrimentum accepit , vel si aquae comode potest nubere ; tunc enim non censetur in rebus pecunia estimabilibus laesa , neque parenti occisi , nisi forte sit heres , vel filius occisus illum alebat , & ei aliunde non sit prospicuum , quia aliquoquin non censetur in re sua laetus , ita ut damnum pecuniarum acciperit . Vnde Tannetus tom. 3. disp. 4. q. 6. dub. 4. n. 1. 2. etiam satis probabile putat , si occisus de precio non contenteret , dum viueret , & parentes ac vxor non egeant alimentis , nec filii necessariis ad vitam , non teneri homicidam ante iudicis sententiam aliquid restituere . Ita

Tom. VIII.

ille . Licet contrarium doceat Sanchez in opus. tom. 1. lib. 1. cap. 4. dub. 3. nro. 9. vbi statuit teneri homicidam restituere heredibus , etiam si sint diuines , & aliunde victimi habentur .

2. Adiutendum est autem hinc tam fratrem . quia alios heredes extraneos succedere in iuribus debitorum realium , quae defunctus habebat ante mortem , unde expensis que fuisse facta in curatione , v.g. vulneris , restituenda sunt heredibus quibuscumque , quia ad illas habebat ius defunctus ante mortem . Ita DD. citati .

## RESOL. LXXIII.

*An homicida teneatur restituere damnum quod per accidens familiaribus , & amicis occisi ex eius morte sequutum sit ?* Ex part. 5. tr. 4. Ref. 5. 6.

*§. 1. A* firmatius responderet Petrus Narra de restit. cap. 1. n. 7. Azorius part. 3. lib. 5. cap. 3. ques. 11. Philippus Faber de restit. in 4. sentent. diff. 15. quaf. 3. disp. 5. 2. cap. 2. numer. 77. & Valquez opus . de restit. cap. 5. 1. dub. 7. num. 2. 4. vbi sic ait . In hac re mihi videtur , quod non tantum parentibus , filiis , vxori , et restituto facienda dampnorum , ut illi omnes fatentur , sed etiam amicis , & aliis consanguineis defuncti , quibus alias defunctus ex iustitia non tenebatur , si tamen probabile erat defunctum , si vixisset , alimenta daturum , vel alia bona opera facturum . Hoc , inquam , verum est , quando huius magna erat probabilitas , ut pote quia defunctus iam firmiter decreuerat consanguineum , vel amicum domi altere , tunc enim istis est restituendum tantum , quanti alij tenebatur spes illa probabilis , quam habebant . Ratio istius est , quia sicut ille , qui per vim , vel fraudem impedit aliquem a consecutione boni alicuius legati , v.g. quod probabilitate consequetur , autocans animum illius , qui conferre decreuerat beneficium , vel legatum , vel quid simile , tenerus ad restitucionem illius , quo spes illa afflaretur arbitrio prudentis , quamvis ad illam non haberet ius ille , qui eam sperabat , solum quia vi , aut fraude impeditus fuit , quod late docuimus in materia de beneficiis ; ita ille , qui occidit alium , qui amicis decreuerat aliquid conferre , vi impedit illud commodum , quod alij consequentur ex defuncto : ergo teneatur ad restitucionem illius . Haec ratio evidens est , & colligitur aperte ex doctrina illa de impidente per vim collationem alicuius commodi , quae omnium consensu verissima est . Hac Vasquez .

2. Verum ego contraria sententiae tanquam probabilius adhæreo , quam tenuit Lessius lib. 2. c. 9. dub. 2. 6. numer. 1. 5. 4. Sotus de iust. lib. 4. quaf. 6. art. 3. circa tertium argumentum . Salomon in 2. 2. quaf. 6. 2. art. 2. contr. 7. Beccan de iust. & iure in 2. 2. D. Thom. 9. 14. de restit. concil. 2. Calestin . in compend. Theol. moral. 10. cap. 3. num. 2. Strouersdoff de inst. & iure in 2. 2. D. Thom. 9. 6. 8. disp. 2. nro. 4. concil. 1. Molina de iust. tom. 4. tract. 3. disp. 8. 2. num. 6. vbi sic ait . De aliis autem quos interfecitus ex sua liberalitate sustentabat , quibusve elemosynas , aut beneficia alia tribuebat , dicendum est non videri homicidam teneri eis ad restitucionem , esto cognati illius essent ; quicquid Adrian . Scot . & alij in contrarium asseruerint . Ratio autem est , quoniam id illis non erat debitum , quasi ius ad illud haberent , neque mors imperfecto fuit illata animo privandi eiusmodi homines emolumento , quod ex occiso sperabant , verisimiliterque in futurum perceptissent , sed accidit id inde præter imperfectoris intentionem fieri . Quia ergo quæ eiusmodi homines ab imperfecto percepti erant , connexionem non habent cum vita illius in ratione debiti , ut habent , quæ illi alij percepti